



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

In quas lectiones distingui poßit lectio diei Lunæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

monte Oliueti, ait: *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte.* Matth. 26.

In quas lectiones distingui possit lectio diei Luna.

Secunda lectio, has lectiones sup-
peditat.

Aduentum Iudæ ad hortum Oli-
ueti: Osculum quo Iudas osculatus
est I E S V M: Occursum Christi,
quando turbis obuiam processit, &
interrogauit: *quem queritis?* Captiui-
tatem I E S V. Fugam discipulorum.
Ductionem I E S V ex horto ad do-
mum Annæ: Colaphum qui ei impa-
ctus fuit à seruo in domo Annæ. Ex-
aminationem I E S V coram An-
na: Ductionem illius ad domum
Caiphæ: Concursum Pontificum,
Sacerdotum, Scribarū, Phariseorū,
& omnium principum Iudaico-
rum ad domum Caiphæ: Ludibria
quibus eum irriferunt, antequam
ad quietem se darent: Petri negati-
onem: Ea quæ à seruis tota nocte
passus est: Consilium quod summo
diluculo inierunt: Ductionem
M 4. Chri-

Christi ad Pilatū: Querelas & ac-
cusationes, quas contra eum obtu-
lerunt, & Pilati responsiones.

*In quas Lectiones subdividi possit
Lectio diei Martis.*

Ex tertia lectione, lectiones &
meditationes tot formari possunt,
quot sunt ea, quæ inter Pilatum, &
Iudæos dicta & facta fuerunt: cum
Barrabæ & Christi propositione &
comparatione.

*In quas lectiones diei Mercurij &
Iovis lectiones distingui
possint.*

Quarta & quinta lectio has con-
tinent: Productionem Christi ad
populum, quando Pilatus ait: *Ecce
homo: Voces populi clamantis: Tolle.
Tolle. Crucifige, &c.* Nuncium, quem
misit vxor Pilati ad eum, mandans
ne quicquam negotij haberet cum
Christo, eò quòd multa propter
ipsum ea nocte passa esset. Ablutio-
nem manuum Pilati. Sententiam
iniustam contra Christum latam.